

rula ab alio bona domine Andreotie uxoris Mariani Joannis Sancti notarii regionis Columne retro bona heredum de Cafaris ac ortus dictorum heredum quondam magistri Pauli de Nerula viam publicam et alias fines coram egregio viro dñi Jacobo Bosi habitatore urbis procuratore domini Pauli de Randalis canonici Ecclesie mediolanensis ac literarum apostolicarum sollicitatoris domini et patroni dicte domus per ipsum dominum Paulum specialiter ad vendendam dictam domum constitutus ac pro arris et parte solutionis dicte domus et ipsius pretii quod est ducator. de carlenis 480. ipsa domina Elisabet solvit prefato dñi Jacobo procuratori predicto ducatos auri 20. Et erga prefatam dominam Floram ipsa dñia Elisabet favorabilius inclinata est induciturque idcirco dictam particulam testamenti per presentes codicillos mutavit. Et de predicta domo pro qua arras dedit ut supra ac proventibus dicte domus apud Ripam et medietatis vinee dispositus codicillando et addit in hunc modum videlicet quia voluit quod domus predicta esset illa quam emi ordinaverat prout in dicto testamento et liberavit heredes et executores ab emptione predicta. Item voluit quod ille que habitabunt in dicta domo singulis annis de pensione dicte domus apud Ripam teneantur et debeat dare et solvere dicte domine Flore ducatos 15 de carlenis 10 pro ducato quolibet anno quo solvetur pensio ejusdem domus quamdiu ipsa dñia Flora cum Magnifico Francisco ejus viro quiete habitate poterit et morari. Si vero contingere ipsum dñam Floram soluto matrimonio per mortem dicti Magnifici Francisci quod absit viduam remanere aut eodem Magnifico Francisco vivente aliquo respectu non posse secum cohabitare: tunc et eo casu legavit usum et habitationem dicte domus in parochia S. Stefani eidem dñe Flore toto tempore vite sue que possit si voluerit ad secum habitandum retinere eas personas quas voluerit tertii ordinis S. Francisci de penitentia nuncupati et pizocaras sub habitu Sancti Dominici domino famulantes vel alias etiam non religiosas pauperes bone conditionis et fame. Et in dicto casu etiam legavit eidem dñe Flore usumfructum plenum dicte domus site apud Ripam et medietatis vinee de qua in dicto testamento toto tempore vite sue post mortem vero ipsius dñe Flore voluit locum esse ordinationi per eam facte super dictis dominibus et vinea prout in dicto testamento in favorem pauperum mulierum quas declaravit esse debere de dictis bizocaris dictor. ordinum insimul vel alterius eorum prout videbitur guardianis hospitalis Imaginis ad Sancta Sanctorum de Urbe pro tempore existentibus quibus implementum hujus sue ultime voluntatis in hoc et dictam dñam Floram, ac mulieres que habitabant pro tempore in dicta domo commendavit Rogans eos ut non deserant easdem in earum opportunitatibus. Item voluit quod dicte mulieres etc. Item reliquit etc. Item reliquit etc. Item voluit etc. Cetera vero que in ipsius testamento et precedentibus codicillis continentur approbat et confirmavit hanc suam ultimam voluntatem esse velle asserens quam valere voluit jure codicillorum dicti sui testamenti quod etiam in aliis partibus presentibus codicillis non contrariis voluit et mandavit observari Rogans me notarium etc.

Facti fuerunt predicti codicilli per dictam dñam Elisabet ducissam Rome in domo sue sole habitationis site in Regione Pinee in contrata Peticarie juxta bona Baptiste Nelli, bona Benardini de Amodeis civium Ro-

manorum ac viam a duobus. Presentibus Religiosis viris Fratre Joanne de Flandria Fratre Antonio Portileonis de Bonifatio Fratre Daniele de Barbantia Fratre Dominico de Reate Sigismundo de Taparillis astensi ordinis predicatorum commorantibus Rome in Sancta Maria supra Minervam de urbe testibus ad predicta vocatis habitis et rogatis.

Et ego Hippolitus Petri de Sutrio Dei gratia publicus Imperiali auct. Notarius et Judex ordinarius predictor. codicillor. dispositioni omnibusque aliis suprascriptis una cum prenominatis testibus presens interfui scribereque et publicare rogatus scripsi et publicavi et in hanc pristinam formam reddegi meique tabellionatus signum juxta solitum apposui et consuetum in fidem robur et testimonium premissorum.

Signum mei Hippoliti Notarii antedicti.

DOCUMENTO II.

Helena de Anguillaria Romanae urbis Praefectissae testamentum.

In nomine dñi Amen año dñi 1465 pont. Smi in Christo Patris et dñi N. dñi Pauli divina providentia PP. II. Indictione tertia mensis Julii die 30. In presentia mei Not. et testium infrascriptor. ad haec specialiter vocator. et ab infrascripta dñia testatrice rogator. Magnifica ac potens dñia Helena de Anguillaria prefectissa infirma quidem corpore tamen mente sana et conscientia pura timens casum future mortis cum nil sit certius morte et nil incertius hora et puncto ipsius mortis nolens decidere intestata sed testata ne post ejus mortem de ejus bonis aliquod scandalum exoriri contingat. Idcirco coram me notario et testibus infrascriptis hoc nuncupativum testamentum quod jure civili dicitur sine scriptis fecit et facere procuravit in hunc modum et formam videlicet. Et quia anima dignior est corpore idcirco animam suam altissimo ac immortali deo et ejus gloriose matri genitrici Marie humiliter et devote recommendavit. Item voluit jussit et mandavit corpus suum sepelliri in vñli Basilica Beati Johannis Lateranensis de Urbe apud sepulturam sive sepulcrum dñe Comitis Tagliacotii cui basilice reliquit pro reparatione ipsius florenos de urbe currentes 100 ad computum et rationem 47 solidorum pruisionor. pro quilibet floreno. Item reliquit ven. hospitali S. Angeli alias imaginis Salvatoris ad Sancta Sanctorum de Urbe florenos simile 500 et quod guardiani dicti hospitalis teneantur et debeat annis singulis pro ejus anima facere anniversarium more consueto.

Item reliquit dñi Cecche Francisci de Thoro de Vetralla florenos similes 100 pro bene servitis. Item reliquit dñi Emilie uxori Francisci de Bisenza ducatos 300 quos ducatos et voluit esse pro ejusdem Emilie dote

in quibus eidem obligabatur. Item reliquit Nanne de Supino ejus pedisse pro omni residuo ejus quod debebat ducatos 20. Item reliquit Dominice de Viterbio ejus pedisse florenos 36 de quibus voluit solvi pecunias quas habet Nardus Sconcia de Vetralla ejusd. domine institor. Et quia caput eujuslibet testamenti est heredis institutio idcirco suos universales heredes fecit instituit et ordinavit dicta dñna testatrix magnificos dños Dominicum et Ursu Comitis Dulcis comites Auguillarie ejus nepotes quibus reliquit omnia ejus bona mobilia et immobilia jura nomina et actiones exceptis legatis supradictis et inscriptis. Item voluit jussit et mandavit quod de mille octingentis florenis relictis per dñam Baptistam de Ursinis comitissam de Nola ejus matrem 1000 florenos distribuantur per dictos ejus heredes secundum formam et tenorem testamenti dicte quond. magnifice dñne Baptiste ejus matris octingenta autem reliete per dictam ejus matrem sibi domine et testatrici dicta dñna testatrix illos reliquit ultra institutionem heredibus ipsius dominis Dominico et Urso. Item dixit ex voto teneri et obligari accedere ad venerabilem Ecclesiam S. Nicolai de Varis et propterea voluit jussit et mandavit per dictos suos heredes solvi et satisfieri de ejus bonis tot et tantas pecunias quantas exponeretur in dicto accessu fiendo ad dictam Ecclesiam et redditu ipsius d. Ecclesie et rectori ipsius. Executores autem et fideicommissarios dicti sui ultimi testamenti et dicte sue ultime voluntatis dicta dñna testatrix fecit institut et ordinavit dictos magnificos Dominicum et Ursu heredes prefatos quibus dedit et concessit plenam potestatem apprehendendi capiendi tenendi et possidendi vendendi et alienandi et omnia alia faciendi et disponendi que necessaria erunt pro executione dicti testamenti et sue ultime voluntatis. Et hoc esse voluit suum ultimum testamentum et ultimam voluntatem quod et quam valere voluit jure testamenti et si jure testamenti non valeret voluit valere jure codicillorum donationis causa mortis et eujuslibet alterius ultime voluntatis easans irritans et annullans omne aliud testamentum et omnem aliam ejus ultimam voluntatem per eam hactenus forte factam et factum tam in scriptis quam sine manu eujuscumque notarii. Immo voluit hoc presens testamentum omnibus aliis anteferri et rogavit me notarium infrascriptum ut de predictis omnibus publicum conficiam instrumentum unum vel plura prout expediens fuerit.

Actum Rome in Regione Arenule in camera domus ipsorum dominor. Dominici et Ursi presentibus auditibus intelligentibus hiis testibus vide-licet nobilibus viris Petro Laurentii Mazabufalo Christophoro Petri Johannis Longi Johanne Saccoccia. Hieronymo Petri Pauli Ceccholini aurifice Antonio Andree Cellini Antonio Archamone aurifice et Bartolomeo de Vercellis Not. omnibus de regione Arenule testibus ad predicta vocatis habitis et a dicta testatrice rogatis.

Et ego Jo. Baptista Salamonis de Alberteschis Rom. civis dei Gratia pub. imp. auct. not. etc.

DOCUMENTO III.

Resignatio Ecclesie et Parocchiaie SS. Petri et Marcellini facta a Presbitero Joanne de Tuderto ejusdem Rectore in favorem Presbiteri Martiri Rectoris Ecclesie SS. Sergii et Bacchi.

In nomine dñi Amen. Anno nativitatis ejusdem 1338 Ind. V die 26 mensis Januarii Pont. Dñi Benedicti PP. XII anno IV. In presentia mei Notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocator, et rogator. Ven. vir d. Jordanus de Columpna Archidiaconus Tullensis Vicarius Revndi in X Patris et dñi dñi . . . S. Petri ad Vincula Presbiteri Cardinalis pluries rogatus et requisitus a Parrochianis infrascripte Ecclesie Sanctorum Petri et Marcellini de Sebura pro infrascripta concessione ipsius Ecclesie et jurium et pertinentiarum ipsius facienda infrascripto presbitero Martino frequenti meditatione prehabita et diutina meditatione pensata considerans quod Ecclesia Sanctor. Petri et Marcellini de Sebura in spiritualibus et divinis officiis fraudabatur cum domibus suis que minabantur ruinam non sine gravi Dei et Sanctor. ejus injurya et infamia grandi eorum quorum intererat facere reparari nec posse resarciri sine gravissimis sumptibus et expensis attendens etiam quod Presbiter Martinus Rector Ecclesie Sanctorum Sergii et Bacchi de Sebura qui ex pietatis affectu personis et locis miserabilibus manum consuevit porrigitre adjutricem dictae Ecclesie collapse salubriter potest intendit secundum promissionem a se factam dicto dño Vicario et parrochianis dicte Ecclesie consulere ac subvenire etiam et dicte Ecclesie et ejus statui salubriter providere de ipsius presbiteri Martini bonitate perspicua plenam gerens fiduciam qui ut promisit ad plenum effectum Dei gratia suffragante perducat auctoritate dñi Cardinalis cuius fungitur officio vicarie volens dicte Ecclesie conditionem facere meliorem salva debita reverentia et obedientia dñi Cardinalis d. Ecclesie S. Petri ad Vincula qui nunc est et erit in eadem Ecclesia et reverentia et obedientia matrix Ecclesie S. Petri ad Vincula et salvis debitis servitiis et obsequiis exhibendis dicte Ecclesie S. Petri ad Vincula dedit cessit et concessit prefato presbitero Martino presenti et recipienti pro religiosis et honestis personis quas ibidem idem presbiter Martinus posuerit et decreverit perpetuis temporibus ordinare ipsam Ecclesiam Sanctorum Petri et Marcellini cum domibus edificiis et omnibus iuribus et pertinentiis et possessionibus suis per ipsum Martinum preparandam et exercendam ad usum pauperum et infirmorum et peregrinorum ut ibidem hospitalitas perpetua observetur que Ecclesia posita est in contrata Subure ejus fines Ecclesie et domorum sunt hii a duobus lateribus teneant dñus Matheus Novelli et filii et heredes dñi Iacobi Novelli et dñus Pandulfus Novelli, ab alio latere est proprietas Ecclesie in qua est vinea quam colit et tenet ad laborandum Nola de Gratiano ante est platea Ecclesie vel (manca sin qui) sunt plures et veriores confines. Hanc autem concessionem

prefatus dñus Vicarius dicto presbitero Martino fecit ut dictus presbiter Martinus dictam Ecclesiam que minabatur ruinam suis sumptibus et expensis ad honorem Dei B. Marie Virginis et Sanctorum martirum Marcellini et Petri faciat reparari ad usum pauperum et infirmorum peregrinorum et quod ibidem perpetuo hospitalitas teneatur. Que omnia dictus presbiter Martinus sua propria et spontanea voluntate, omni pactione conventione et conditione cessantibus facere et adimplere promisit. Dans et concedens dicto presbitero Martino liberam et absolutam potestatem ponendi in dicta Ecclesia et domibus ejusdem providas et honestas personas ad regimen hospitalis et infirmorum et peregrinorum morantium ibidem et statuendi et ordinandi in futurum quicquid sibi placuerit pro utilitate et comodo Ecclesie et hospitalis et peregrinorum degentium ibidem. Et promisit auctoritate dñi Cardinalis ex nunc servare et facere observari et ratam et firmam habere illam ordinationem provisionem et dispositionem quam dictus presbiter Martinus ut premictitur pro bono Ecclesie et hospitalis dusserrit faciendum dans et concedens dicto presbitero Martino liberam et absolutam potestatem fructus redditus et proventus obventiones pensiones et census libere petendi recipiendi disponendi et ordinandi prout sibi visum fuerit pro utilitate et comodo Ecclesie hospitalis et pauperum degentium in eodem et pro eis agendi in omni curia Ecclesiastica vel seculari et tenendi ibidem Cappellatum qui Ecclesie et Parrochie serviat in divinis. Et recognovit ex certa scientia prefatus dñus Vicarius et non per errorem ipsi Ecclesie Sanctorum Petri et Marcellini ex hoc plura comoda provenire et dicte Ecclesie minanti ruinam et ejus statui non modicum esse provisum. Et promisit presbitero Martino predicto quod ex nunc in antea et semper habeat licentiam et potestatem dictam Ecclesiam et domos ejusdem ac possessiones et jura dicte Ecclesie intrandi, capiendo, possidendo, utendi, fruendi, et de eis faciendo id quod salubrius et utilius erit pro Ecclesia et anima sua et comodo et utilitate hospitalis et pauperum et infirmorum degentium in eodem hospitali. Et commisit ven. viro dño Oddone de Utricolo Canonico Basilice S. Marie Majoris de Urbe presenti et recipienti ut prefatum presbiterum Martinum auctoritate sua in corporalem et vacuam possessionem dicte Ecclesie possessionum jurium et pertinentiarum ejusdem personaliter inducat et defendat inductum. Contradictores et rebelles quominus dictus presbiter Martinus corporalem et vacuam possessionem ejusdem Ecclesie possessionum jurium et pertinentiarum ejusdem adeptus fuerit per censuram ecclesiasticam compescendo. Actum Rome in Regione Columpne ante domum dñi Oddonis Malabrance Canonici Ecclesie S. Laurentii in Lucina presentibus Ven. viris dominis Oddone de Utricolo Canonico Basilice S. M. Majoris de urbe Oddone Malabrance Canonico Ecclesie S. Laurentii in Lucina Presbiteris Joh. Peczuto et Christiano dñi Johannis de Thedallinis Beneficiatis Basilice S. Marie Majoris pred. testibus ad premissa vocatis et rogatis.

Et ego Dominicus Piotti Sacre Prefecture auct. pub. Not. predicta scripsi complevi et publicavi ideoque solito signo signavi rogatus.

Resignationis praedictae acceptatio.

In nomine dñi Amen anno nativitatis ejusdem 1338. Ind. V. die 26 mensis Januarii Pontificatus dñi Benedicti PP. XII, anno IIII. In presentia mei Notariorum et testium subscriptor. ad hec specialiter vocator. et rogator. Coram Ven. viro d. Jordano de Colupna Archidiacono Tullensi Vicario Rñdi in X Patris et dñi dñi etc. tituli S. Petri ad vincula presbiteri Cardinalis Constitutus personaliter presbiter Johannes ab Tuderto Cappellanus in Basilica S. Marie Majoris de Urbe et Rector Ecclesie Sanctorum Petri et Marcellini de Sebura Capellanus dicte Ecclesie S. Petri ad Vincula cognoscens quod occupatus cappellania dicte Basilice in qua oportet eum diu noctuque facere residentiam personalem non poterat residere et servire in divinis dicte Ecclesie Sanctorum Petri et Marcellini nec satisfacere parrochie et parrocchialis licet paucis ut decebat, sua bona et spontanea voluntate cessit d. Ecclesie Sanctorum Petri et Marcellini et omnibus juribus et actionibus que sibi in eadem Ecclesia et juribus suis competere possent quoquo modo jure vel causa quam renunciationem prefatus dominus Vicarius acceptavit presentibus Ven. viris dominis Oddone de Utricolo Canonico S. Marie Majoris Oddone Malabrance Canonico Ecclesie S. Laurenti in Lucina, presbiteris Johanne Peczuto et Christiano Beneficiatis S. Marie Majoris predicte testibus ad premissa vocatis et rogatis in regione Columne ante domum habitationis dñi Oddonis Malabrance testis predicti.

Et ego Dominicus Piotti Sacre Prefecture auct. pub. Notarius predicta scripsi complevi et publicavi meoq. solito signo signavi rogatus.

Locus ✠ Signi

—
D O C U M E N T O IV.

Testamento del Conte Everso dell' Anguillara.

Allo nome de Dio Amen. Nello anno dalla Natività de nostro Signore Jhesu Xpo 1460. Pontificato del SSmo in Xpo padre e Signor nostro Papa Pio Secondo Indictione Octava a die 14. del mese di Jennaro. Concosia cosa che nella presente fragile vita humana nulla cosa più certa sia che la morte et nulla più incerta dell' ora et lo ponto della morte la quale spesse volte sole accadere improvvisamente et lo rationale homo debbia questa considerare secundo la evangelica doctrina del nostro Salvatore Jhesu Xpo dove dice. Vigilate quia nescitis diem neque horam Impercio queste cose considerando Io Conte Everso dellli Conti de Auguillara. Et a volere stare proveduto della mea ultima volonta che intendo morire con testamento et per testamento desponere dellli miei bieni quello che po la morte mea fare senne debbia. Accio per essi et sopra essi bieni non avessi alcuno scanda-